



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivis Canonici**

**Andreas, Valerius**

**Francofurti & Lipsiae, 1720**

XXXI. de excessibus Prælatorum & subditorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

De Excessibus Prælatorum & subditorum.

TIT. XXXI.

Dictum hactenus de criminibus specialibus, quæ omnium Clericorum sunt communia; nunc paucis agendum est de delictis, quæ propria sunt Prælatorum ac subditorum, & hic dicuntur Excessus Prælatorum.

I. *Quinam igitur excessus a Prælatis in subditos, & contra committi solent?*

In primis excedere dicuntur Episcopi ac Prælati, indebitis tallii atque exactiobus, aliisque gravaminibus subditos suos prementes. Imo subditis liberum est, c.1.2.16. & Prælato seu superiori suo non parere, si 17. b. t. c.3. quid imperet, quod sit contra tenorem eod. sui privilegii.

II. Subditi Prælatis & Superioribus suis debitam reverentiam & honorem exhibere tenentur: quem si morum perversitate corrupti non exhibuerint, aut alias, quod ratione officii illis incumbit, non præstiterint, dicuntur excessum facere; quo spectant etiam vitia & delicta, de quibus dictum supra.

D d 3

Exce-

Excedunt & Prælati inferiores, hi  
bus, non ad se, sed ad Superiorum  
tinentibus ingerentes: veluti si he  
tus, non Episcopus, sine hujus al  
velit unire Ecclesias; aut si qui ex  
quæ jure communi ad Episcopalem  
etant dignitatem, & jurisdictionem, quæ  
quam sibi vindicent, veluti publicas pa  
nitentias injungendo, vel indulgentias  
concedendo. Item si, qui potestate  
*c. 12. eod. c.* habent beneficii conferendi, illud vel  
5. & 6. *cod.* sibi retinere velint, vel conferant  
digno, & rursus, ejusmodi collatione non  
*c. 11. in fine* improbata, conferant alteri: ob han  
*cod.* eorum inconstantiam pro ea vice privan  
di facultate conferendi.

## De novi operis nunciatione

## TIT. XXXII.

Peccat etiam subinde Prælatus ædifican  
do, veluti ædificandis Ecclesiis, at  
aliis piis locis, si inde grave aliquod  
damnum acceptura sit Ecclesia matru  
cui præest.

*1. Quid est annunciare novum opus, vel man  
ciatio novi operis? Et quid opus no  
vum facere?*